

rum malis aspectibus, sunt nato regiones uel loca prospera. In illis tutè fac moram, & omnia quæ uelis prosperari, age in illis. Sed loca sub signis tertiæ, quintæ, uel nonæ, sunt nato indifferentes, id est mediocres. Regiones uero sub signis domorum sextæ, septimæ, octauæ, uel duodecimæ, etiam quartæ, ac sub signis Saturni, Martis, uel etiam Caudæ draconis radices, sunt aduersæ & contrariæ nato.

♃ Orientalis. } Si Ascendens fuerit ex his signis, erit nato talis plaga mundi à
 ♄ Meridion. } loco suo natiuo fortunata. Et plaga illi opposita infortunata, ut si
 ♁ Occidenta. } cui plaga orientalis fuerit fortunata, erit illi quarta occidentalis
 ♆ Septentrio. } infortunata, & econuerso &c.

Undecima, duodecima, prima, Oriental. } Si aliqua ex his domibus tenuerit par-
 Secunda, tertia, quarta, Septentrionalis. } tem fortunæ, uel dominum eius, Iouem,
 Quinta, sexta, septima, Occidental. } uel Venerem, erit talis plaga mundi na-
 Octaua, nona, decima, Meridionalis. } to fortunata. Si uero aliqua ex his tenuerit
 Saturnum, Martem, uel Caudam, erit talis plaga nato infortunata.

Regiones mundi, prouinciæ, & ciuitates, quæ subsunt signis duodecim zodiaci.



ARIES habet Germaniam, Britanniam, Galliam, Bastarniam, Syriam, Palestinam, Poloniam minorem, Burgundiam superiorem, Sueuiam, Silesiam superiorem, partem Vuestriæ, Neapolim, Florentiam, Capuam, Ferrariam, Vicentiam, Veronam, Bergamum, Imolam, Patauium, Brunsuicum, Vtricham, Lindauiam, Cracouiam, Marsiliam, Sarrogossam.

Taurus habet Parthiam, Mediam, Persiam, Insulas Arcipelagi, Cyprum, Asiæ minorem partem ad mare, Poloniam maiorem, Russiam albam, Campaniam, Rhetiam, Heluetiam, Franconiam Lotharingiam, Hyberniam, & Sueviæ partem, Irlandiam, Palerniam, Bononiam, Sene, Mantuam, Tarentum, Parmam, Panormum, Thuregium, Lucernam, Herbipolim, Carolostadium, Metim, Brixiam, Caput histriæ, Gnesnam, Posnam, Nouogardiam, Nanceium, Burgim Hispaniæ, Lipsiam.

Gemini habent Hyrcaniam, Armeniam, Martianam, Cyrenaicam, Prouinciæ, Marmaricam, inferiorem Aegyptum, Angliam, Sardiniam, Brabantiam, Vuirtenburgensem ducatum, Flandriam, Longobardiam, Viterbium, Cefanam, Taurinum, Rhegium, Vercellum, Noribergam, Louanium, Moguntiam, Babenbergam, Brugim, Villacum, Kitzingum, Hasfordiam, Londinum, Cordubam.

Cancer habet Numidiam, Afriam, Bithyniam, Phrygiam, Colchiden, Carthaginem, Regnum Franciæ, Regnum Scotiæ, Regnum Granatæ, Comitatum Burgundia, Prussiam, Holandiam, Selandiam, Constantinopolim, Thunissam, Venetias, Mediolanum, Genuam, Lucam, Pisam, Lubecum, Treuerim, Magdeburgum, Gorlitiu, Bernam, Eboracum, S. Andream.

Leo habet Phœniciam, Chaldæam, Orchiniam, Italiam, Galliam Togatam, Syriam, Apuliam, Regnum Bohemiæ, Thuriæ partem, Aemiliam, Sabinam, Dalmatum, Romam, Rauennam, Syracusam, Perusium, Cremonam, Pregam, Vlmam, Confluentiam, Linceam, Cremisium.

Nn 5 Virgo